ipsas inter sese diuersas & figura & magnitudine & ui: & natura esse cōstet. Expgiscere igit͛ atq; ingeniū tuū excute mihiq; diligenter expone: quāobrē eiusmodi corpa quib⁹ Democritij & Epicurei: tū mūdū oēm: tū singula ea quæq; in mundo sunt: constare uolunt: indiuidua noiarint. Vale ex Mediolano pridie idus Maias. M.cccc.Liij.

Franciscus Philelfus Lodouico casellæ sal.

t Antā mihi nup cū Ferrariæ essem beniuolētiā ostendisti ut nihil uidear magis cupere q̄ te uisere q̄sæpissime. Qđ mihi qm̄ alit͛ hoc tpe cōtingere nō pōt: utar nūcio litterarū: qb⁹ & uideā te & alloquar. Idē tu si feceris: in sūmis occupationib⁹ tuis: ad tuū erga me studiū nō paru⁹ cumulus accedet. Sin min⁹ feceris: non te cui scio me esse carissimū: sed publica munera accusabo: quæ tn̄ ipsa anteponi priuatis ut decet: ita etiā modice fero: mō me nobilissimo isti principi indies magis magisq; cōmendes. Vale ex Mediolano pridie idus Maias. M.cccc.Liij.

Frācíscus Philel. Nicolao arcimboldo iurecōsulto sal.

n Equaq̄ sum nesci⁹: mea tibi oia maximæ curæ esse. Quo fit: ut uel tibi fortasse uidear rem meā admodum negligere qui nullū faciā tecū uerbū: cui⁹ mihi opa uæhemētissime op⁹ sit. Qđ ne accidere iure possit: peto abs te: ut qđ una de mea profectione cōmetati sum⁹: q̄primū quātū in te fuerit: cōfectum reddas. Hoc erit mihi tam gratum: q̄ necessariū. Vale Mediolani ex ædibus nostris idibus maijs. M.cccc.Liij.

Franciscus Philel. Nicolao Arcimboldo iurecōsul. sa.

g Audeo eqdem & tibi munificētissimo uiro debere plurimū & illi harpyiæ nihil. Nam in accipiēdis etiā bn̄ficijs liberalitatis cuiusdā positū mun⁹ est. Itaq; iuxta indignū puto ab hoībus indignis bn̄ficiū accipere atq; i indignos cōferre. Itaq; utar equo: quē polliceris & amice & fide bona. Qđ princeps decreuit: hodie mihi numeratur. Dū dies octo hic sum: cupio uidere quæ tuus librarius scripsit: Quæ uelim huic puero ad me des. Vale Mediolani ex ædibus nostris. xiiij. Kal. Iunias. M.cccc.Liij.

Franciscus Philelfus Aenico daualo eqti aurato sal.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-153/0350
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG